



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae

In Qvinque Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

Wion, Arnold

Venetiis, 1595

S. Brunus Episcopus, Prußorum, & Litanorum Apostolus, & martyr. cap. XLVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38397

S. BRVNVS EPISCOPVS

Prussorum, & Lituanorum Apostolus,
& Martyr.*Iustitia, namque, ante eum ambulauit. Psal. 84.
Cap. XLVIII.*

AMVM hunc tertium claudit S. Brunus Ruthenorum Archiepiscopus, qui natione Saxo, et illustri Baronum de Querffurt: familia, & Gebhardi Saxonie Ducis frater, monachus primum in monasterio S. Ioannis Magdeburgensis factus est; deinde cum in omni religione, sanctitate, & doctrina creuisset, à summo Romano Pontifice, ad quem eius fama peruenerat, Archiepiscopus Ruthenorum electus, & consecratus, ad Prussos, & Lituanos Sarmatiae populos conuertendos missus fuit: & hos quidem breui ad fidem adductos, sacrosanctissime tinxit, & ut eorum Apostolus, Ducis Lituaniae insignia, Hominem uidelicet armatum equo insidentem argenteo, in scuto rubeo, gestat: illos quoque magna ex parte eadem fide imbuit, sed à nonnullis duræ ceruicis hominibus multis tormentis exagritatus, tandem capitis amputatione martyrio coronatus est, an. Do. 1008. die 15. Octobris. *Crantzii Metrop. lib. 4. c. 3. & in Saxonia lib. 6. cap. 1. & aly in Martyrologio nostro notati.*

RAMVS